



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Clausura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C L A V S V R A. 53

eiusmodi subuentio requirat. articulo 5.

Monachus acceptans beneficium curatum de licentia sui Superioris, tenetur residere in Parochia, non in Monasterio. art. 3.

C L A V S V R A.

Vide Monasterium, Novitius.

Solo iure humano instituta fuit diuersis temporibus clausura Monialium, quandoquidem non sit de essentia Religionis; vnde nec primæ Religiosæ ab Apostolis consecratae, reclusæ fuerunt. tom. I. quæ 44. art. I.

Potest Papa præcipere clausuram, etiam in quibus Regula non indicit: tenentur enim omnes Religiosi obedire, non solum in iis quæ directè in Regula continentur, sed etiam quæ indirectè, id est, quæ prudenti iudicio conducunt, ad commodiorem Regulæ obseruantiam: hæc enim nequeunt dici esse supra Regulam, ad quæ non tenentur, sed omnino secundum eam, ibidem.

Concilium Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 5. omnibus prorsus

D 3 Mo

Monialibus , cuiuscumque profes-
sionis, Ordinis aut nominis fuerint,
præcipit dictam clausuram , etiam si
illam non voverint , aut immemo-
rabilis consuetudine non seruauer-
rint , vel oppositum in sua funda-
tione habeant. art. 2.

Quod specialiter explicarunt , &
declararunt Pius V. & Greg. XIII.
extendendum ad Tertiarias viuen-
tes in communi , & emittentes vota
solemnia Religionis. art. 3.

In multis Ordinibus , præsertim
Sanctæ Claræ , sunt duplicis gene-
ris Conuersæ: sunt enim aliquæ non
deputatæ Choro , sed operibus ma-
nualibus , velo saltæ ab aliis Cho-
ro deputatis differentes; & hæ obli-
gantur ad clausuram , cùm emittant
quatuor vota ut aliæ. Et sunt ali-
quæ emittentes tantum duo vota,
castitatem & obedientiam , & hæ
etiam habitu differunt ab aliis , de-
putanturque eleemosynis , aliisque
necessariis quærendis , nec possunt
intromitti in clausuram , aut ad pro-
fessionem aliarum recipi , ex constit.
Greg. XIII. sed debent habitare in
domibus cōtiguis Monasterio. art. 4.

Multi

Multū afferunt, non solum prohiberi Fratribus Minoribus ex vi Regulæ ingressum, sed etiam accessum ad quæcunque Monasteria Monialium; alij probabilius, non ex vi Regulæ, aut eiusdem intentione accessum interdici, sed ex præcepto Nicolai IIII. Benetici XI. & constitutione Bonifacij VII. renouata in Conc. Trid. & inhibitione Superiorum. Vnde ad ea loca, ad quæ sacerdtales liberè accedunt ad loquendum cum Monialibus, absque peccato, saltem veniali, ire non possunt sine licentia Superiorum, nisi ignorantia inuincibilis excusat, ut certè facit multos ex magna dissimulatione Superiorum. quest. 45.
art. 4.

- Et hæc opinio afferens non amplius teneri Minores quam sacerdtales ad vitadum dictum accessum, est satis probabilis, imò in praxi tuta; quamuis opposita sua etiam probabilitate non careat. *ibid.*

Quius Prælatus, etiam Guardianus proprius aut loci ubi est Frater forensis, pro causa licita, & honesta, potest concedere hanc

D 4 licen-

56 CLAVSURA.

licentiam accedendi ad loca extera-
na, etiam Sanctæ Claræ, per consti-
tutionem Sixti I V. In quo non est
nimis scrupulizandum, si absit
fraus. Et Leo X. decernit, in hoc se-
quenda esse Ordinis statuta. art.

5. & 6.

Statutorum autem generalium
Capituli Tholosani hic est tenor:
Arceantur studiossime Fratrum ac-
cessus ad loca Sororum, & nullo
modo cum iisdem loqui possint sine
licentia Prouincialis in scriptis ob-
tentia, nisi saltem hospitij & cele-
brationis gratia, ubi Fratrum Con-
uentus non sunt art. 2.

Prohibitum est Romæ, ne quis
scribat, aut alloquatur Moniale in-
clusam absque venia Vicarij Papæ,
aut Protectoris Ordinis, sub pœna
pecuniaria, aut alia arbitraria. art. 3.

Posito statuto in aliquo Ordine
ne quis scribat ad Monialem eius-
dem Ordinis, sub pœna excommu-
nicationis; Frater cōtrafaciens pec-
cat quidem contra obedientiam, sed
nō incidit in excommunicationem,
nisi literæ ad eam perueniant. Ita
Nauarr. ibidem.

COM